



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Augustini Barbosae ... Collectanea doctorum tam
veterum, quam recentiorum, in ius pontificium universum**

In Qvo Dvo Priores Decretalivm Libri Continentvr

Barbosa, Agostinho


Lugduni, 1669

21. De bigamis ordinandis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95263](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95263)

num. 112. ubi etiam resolutionem Sylvestri verb. corpore vitiatum, n. 3. in fine, elicita ex hoc cap. à contrario sensu, quod amittens ungulam pollicis casualiter dando operam rei illicitæ sine dispensatione celebrare non possit, interpretatur veram esse cum illius carentia non impedit fractionem Hostiæ, quia si impediret, quamvis rei licitæ nauando amitteret, nec celebrare nec ordinari posset. Vnde quamvis pars pollicis nulla præcedente culpa desit, & notabilem defectum non producat, neque Hostiam frangere impediat, minime inducit irregularitatem, Salon. 2. 2. D. Thom. q. 65. art. 1. controu. 4. concl. 2. Nagar. cons. 1. sub hoc tit. Sayr. in floribus decisionum sub eod. tit. decis. 2. Bellet. disquisit. clerical. p. 1. tit. de disciplina clericali, §. 7. n. 12. Campan. d. c. 17. n. 112. vers. quinimo; induceret tamen irregularitatem si quis careret toto pollice, aut indice, qui per necessarij sunt ad consecrationem, Borgal. tract. de irregul. rub. de corpore vitiatum, n. 4. Placa in epitome delicti, lib. 1. c. 15. num. 9. Salon. ubi proxime, Sayr. de censuris, lib. 6. c. 15. post n. 12.

4 Si ad frangendum Eucharistiam, &c.] Notatur ad hoc quod vitium corporis impediens executionem Ordinum, vel inducens deformitatem insignem, efficit quem irregularem, vt per Nan. in man. cap. 27. num. 198. Albert. Trot. de vero & perfecto clerico, lib. 2. cap. 16. Couar. in Clem. si furiosus, de homicid. p. 1. in initio, num. 5. Tiraquel. ad l. 2. connub. gloss. 1. part. 2. num. 59. Valer. Reginald. in praxi fori penitent. lib. 30. num. 44.



De Bigamis non ordinandis.

TIT. XXI.



VPER hanc rubr. scripserunt Zabar. Bellam. Anchar. Ioan. Andr. Anania, Panormit. Butr. Guillelm. Durand. in breuiario aureo iuris Canonici, fol. 28. vers. Ioan. de Londris in breuiario sanctorum Canonum, fol. 164. verso, Petr. de Rauenna in compendio iuris Can. Mart. Mesnartius in epitome Decret. fol. 24. Dan. Venator. in analysi methodica iuris Pontific. a pag. 83. Goffred. & Host. in sum. huius tit. Alex. Cassan. & Anastas. Gernon. in paratitulis ad quinque libros Decret. sub hoc tit. Petr. Alphons. de Valconcel. in harmonia rubr. iuris Canon. Barthol. Carthag. in expof. titulum iuris Canon. nonissimè Ioan. Honor. lib. 1. sum. in Decretal. omnes sub hac rub.

De materia huius tit. tractant Angel. Armil. Tabien. Sylvest. & alij Summistæ, verbo, bigamia, Ioan. Montaigne in tract. de bigamia, tom. 9. tract. Doctorum, fol. 122. Guillelm. Durand. in speculo iur. lib. 4. sub hoc tit. Borgal. de irregul. p. 5. tit. de bigamis, Maiol. eod. tract. lib. 1. c. 33. Miles in suo repert. verbo, bigamus, Couar. in clem. si furiosus, de homicid. p. 1. §. 2. Albert. Trot. de vero, & perfecto clerico, lib. 2. c. 11. Nau. in man. c. 27. n. 195. cum seqq. & tom. 1. consil. sub hoc tit. quatuor ponit consilia, Lud. Lopez in instructorio conscientia, tom. 2. p. 2. c. 22. Felician. de irregul. c. 6. Ngolin. eod. tract. c. 56. Villadieg. eod. tract. c. 13. Viuald. in candelabro aureo, p. 1. ubi de irregul. bigamia, Tolet. in instruct. Sacerdotum, lib. 1. c. 70. Greg. Lop. 35. tit. 5. p. 1. Vega in sum. p. 1. c. 38. & in espejos de curas, c. 12. a. n. 299. & c. 14. a. n. 37. Fr. Emman. in sum. tom. 1. c. 47. Bernard. & Salzed. in pract. c. 16. in nouiss. edit. Carrillo in itinere ordinandorum, sect. 4. c. 4. a. num. 30. Petr. de Ledefma in sum. p. 1. tract. de Sacram. Matrim.

c. 12. Brunor. à Sole in locis communib. verbo, bigamus, Zerol. in praxi Episcop. p. 1. verbo bigami, Farin. fragment. crimin. p. 1. lit. B. n. 113. & seq. Valent. tom. 4. disp. 17. q. 9. punct. 3. Flamin. Paril. de resignat. lib. 4. q. 4. a. n. 17. & lib. 5. q. 3. n. 168. cum seq. Molina de iustit. tom. 4. disp. 67. Soar. tom. 5. de censuris, disp. 49. Sayr. eod. tract. lib. 6. c. 3. cum tribus seq. & in floribus decisionum sub hoc tit. Sanch. de Matrim. lib. 7. disp. 83. cum tribus seq. Azor. instit. moral. p. 2. lib. 6. c. 4. Rebello de obligat. instit. p. 2. lib. 3. de matrim. q. 20. Coninch. de sacr. & censur. disp. 18. dub. 1. a. n. 103. Nicol. Garc. de benef. p. 7. c. 6. de bigamis, Campan. in diuersorio iuris Can. rubr. 1. c. 6. Bonacina de censur. disp. 7. q. 2. puncto 5. Valer. Reginald. in praxi fori penit. 30. n. 80. cum seq. Ludou. Miranda in man. Pralat. tom. 2. quæst. 8. art. 2. Guttier. de matrim. c. 107. Fr. Bartol. de Vecchis in praxi obseruanda in admittendis ad Religionis statum nouit disp. 5. dub. 3. Paul. Layman. in sum. Theologia moralis lib. 1. tract. 1. p. 4. c. 6. Villalob. p. 1. sum. tract. 2. diff. 3. nouissimè Fr. Hieron. Roderic. in compend. quæst. Regul. ref. 16. de bigamia.

S V M M A R I V M.

- 1 Bigami, penitentes, & mariti repudiatarum non possunt ordinari.
- 2 Bigami non possunt ad Ecclesiasticos Ordines promoueri.
- 3 Penitentes solemniter ordinari non possunt, etiam solemniter penitentia peracta.
- 4 Penitentes solemniter infamia nota laborant.
- 5 Dispensare potest Episcopus ad Ordines minores cum penitentibus solemniter, data necessitate, vel vtilitate.
- 6 Penitentes solemniter si ordinentur, characterem recipiunt.

CAP. Vt bigami. I.

Conc. Aurelian.

Bigami, penitentes, & mariti repudiatarum non possunt ordinari. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Zabar. Collect. Bellam. Ioan. And. Innoc. Butr. Anan. Panorm. Host. Anch. Henric. Vin. in ration. primi libri iuris Pontific. pag. 335. Alagona in compend. iuris Canonici, pag. 119. remissiuè Ximen. in concord. p. 1. desumitur ex Conc. Aurelianen. II. c. 9. licet Burch. lib. 2. c. 19. & Iuo p. 6. c. 19. desumi affirmant ex Concil. Aurelianen. c. 10. refertur ab Ant. Aug. collect. 1. Decret. lib. 1. tit. 1. c. 2. referunt etiam Burchard. lib. 2. Decretal. c. 33. Iuo p. 6. c. 134.

Vt bigami.] Notatur ad hoc quod bigami non possunt ad Ecclesiasticos Ordines promoueri, vt per Bernard. in practica, cap. 26. num. 2. Bellet. disquisit. clerical. part. 1. tit. de disciplina clericali, §. 6. num. 1. quos refecto ego ipse de officio, & potest. Episcopi, p. 2. alleg. 49. n. 16. ubi num. 17. quod non possunt Ecclesiastica consequi beneficia, alias collatio eis facta inualida est, etiam si accedat Episcopi consensus, Rot. decis. sign. 5. part. 23. recent. Bartol. de Vecchis in praxi obseruanda in admittendis ad Religionis statum nouit. disp. 5. dub. 3. num. 11.

Penitentes.] Notatur ad hoc quod penitentes solemniter sine dubio ordinari non possunt, etiam solemniter peracta penitentia, vt per Maiol. de irregul. lib. 3. c. 2. sub n. 4. vers. quæ omnia; penitentes etiam solemniter infamie nota laborare, resoluunt Bernard. in pract. cap. 19. num. 1. alias cap. 23. in nouiss. edit. Mar. Alter

De Bigamis non ordinandis, Tit. XXI. 199

Altet. de censur. rom. 2. disp. 16. de suspens. c. 1. vers. quartus casus, Campan. in diuersorio iuris Can. rubr. 11. c. 21 n. 1. Cum illis tamen licet Episcopis propter necessitatem vel utilitatem ad suscipiendos minores Ordines dispensare, Syluest. verbo, pan. n. 3. Bernard. d. c. 32. n. 3. Maiol. d. lib. 3. c. 3. sub n. 6. vers. hac que, Campan. d. c. 21. n. 7. Mar. Alter. ubi proxime, quos refero ego ipse d. p. 2. de offic. & potest. Episc. alleg. 43. n. 8.

6 Non ascendant. Si tamen id faciant de facto characterem recipiunt, Cou. in Clem. si furiosus, de homicid. p. 1. §. 2. n. 4. Gam. de Sacramentis prestandis ult. supplicio damnatis, q. 5. n. 24. Ego ipse d. p. 2. alleg. 49. n. 18. Salzed. ad Bernard. d. c. 16. lit. D. Campan. d. rubr. 11. c. 6. num. 21.

SVMMARIUM.

- 1 Bigamum ordinans, est priuandus officio, & potestate conferendi talem Ordinem, ordinatus vero in Sacris priuandus, & cum eo dispensatur.
- 2 Episcopus ordinans scienter bigamum, quam penam incurrat, ostenditur.
- 3 Bigamum ordinatum ad Sacros Ordines quam penam incurrat, remissum.
- 4 Dispensare cum bigamis quis possit, ostenditur & numeris segg.

CAP. Super eo. II. Lucius. III.

1 Bigamum ordinans est priuandus officio, & potestate conferendi talem Ordinem, ordinatus vero in Sacris est priuandus, & cum eo non dispensatur. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabar. Collect. Ioan. Andr. Bellam. Innoc. Anch. Hof. Panorm. Anan. Butr. Vin. in ration. primi libri iur. Pont. pag. 335. Alagon. in compend. iuris Canon. pag. 119. remissum Ximen. in concord. p. 1. & 2. refertur ab Ant. Aug. collect. 1. Decret. lib. 1. tit. 13. c. 3.

2 Ordinatos vero, &c. Probare videtur text. hic Episcopum ordinantem scienter bigamum posse deponi ab officio, & potestate ordinandi, sed Nau. conf. 3. n. 2. sub hoc tit. tenet incurtere suspensionem annalem ipso iure à collatione eiusdem Ordinis, quem contulit bigamo, necnon à celebratione; addito vero ad eundem decimam refert Episcopum non posse Ordines bigamis conferre, si autem conferat aliquem non incurtere penam ipso iure, vide quæ Nic. Garc. de benef. p. 7. c. 6. à n. 8. Ego ipse de offic. & potest. Episc. p. 1. alleg. 49. n. 19.

3 Et ordinati si ad sacros Ordines fuerint promoti etiam ideo sum priuandi. Vide Sayr. de censur. lib. 6. c. 5. n. 2. & 4. Bonac. eod. tr. disp. 7. q. 2. punct. 5. in fin. Vgolin. de offic. & potest. Episc. c. 56. §. 5. n. 3. quos refero ego ipse dist. alleg. 49. n. 18.

4 Quia in bigamis contra Apost. dispensare non licet. Iure ordinario potest Summus Ecclesiæ Præsul cum bigamo dispensare, illud enim verbum, licet, de quo in præsentia, importat difficultatem, non autem impossibilitatem, gloss. verbo, fiat, in c. de Etor. 34. dist. D. Th. in 4. dist. 27. q. 3. in corpore, Albert. Trot. de vero, & perf. c. clerico, lib. 2. c. 1. Greg. Lop. per text. ibi in l. 5. tit. 5. p. 1. Cou. in Clem. si furiosus, de homicid. p. 1. §. 2. n. 4. Nau. in man. c. 27. n. 197. Flam. de resign. lib. 5. q. 3. n. 197. Azor. inst. mor. p. 2. lib. 4. q. 7. Salzed. ad Bernard. in præf. c. 16. lit. C. vers. dispensare, Franc. Leo in thesauro furi Eccles. p. 2. c. 8. n. 34. Lud. Mirand. in manual. Prælat. tom. 2. q. 8. art. 2. concl. 1.

5 Questio est dubia an Episcopus in bigamia vera,

vel interpretatiua possit dispensare in qua negatiua partem etiam ad minores Ordines & beneficium simplex amplectendam esse ex eo euidenter ostenditur, quia c. vnicum, hoc tit. lib. 6. desumptum ex Conc. generali Lugdunensi interdicat bigamis in minoribus Ordinibus constitutis deferre tonsuram clericalem, nec committit dispensationem Episcopo; tum quia hoc idem indicat generalitas Conc. Trid. sess. 23. de reform. c. 17. & Episcopus nequit in decreto generalis Concilij dispensare, vt tenent multi per me citati d. offic. & potest. Episc. p. 2. alleg. 33. n. 25. Quare hanc partem sustinent Greg. Lop. l. 5. verbo, dos mugeres, tit. 5. p. 1. Cou. in d. Clem. si furiosus, p. 1. §. 2. n. 4. Nam. d. q. 3. n. 196. Tolet. in sum. lib. 1. c. in sum. lib. 1. c. 26. n. 8. Humada l. 5. gloss. 33. n. 3. tit. p. 1. Salzed. ad Bernard. d. c. 16. verbo, dispensare, Bellet. disquisit. cleric. p. 1. tit. de disciplina cleric. §. 6. n. 51. & secundum hanc sententiam fuisse decisum in Conc. Trid. Cong. testantur Franc. Leo d. 8. n. 36. Nicol. Garc. d. c. 6. n. 5. Praxis noua Episc. p. 1. c. 1. n. 60. Armend. in addit. ad recopil. legum Nau. lib. 2. tit. 19. de foro comper. num. 16.

Quicquid plures teneant Doctores posse Episcopum dispensare vt bigamus accipiat Ordines minores, susceptisque vtatur, ex quorum numero sunt gloss. hic verbo, dispensare, D. Th. in 4. dist. 27. q. 3. art. 1. vbi Palud. q. 4. art. 5. concl. 4. & Durand. q. 4. Angles in floribus Theolog. p. 1. vbi de matr. q. 2. art. ult. diff. 1. q. 2. Iacob. de Grassis in decis. aureis, p. 1. lib. 4. c. 27. n. 38. Petr. de Ledesm. de matr. q. 66. art. 5. concl. 3. Borgal. de irreg. p. 1. tit. de bigam. n. 8. Bonac. de censur. disp. 7. q. 2. punct. 5. n. 15. Azor. inst. mor. p. 2. l. 5. c. 20. q. 2. & l. 5. c. 4. q. 8. & 11. Sayr. de censur. lib. 6. c. 6. n. 11. Auila eod. tr. p. 7. disp. 7. dub. 4. Sanchez de matr. lib. 7. disp. 86. n. 11. Paul. Comit. respons. moralium, lib. 1. q. 106. n. 5. & 6. Lud. Miranda d. q. 8. art. 2. concl. 2.

Quicquid etiam alij tueantur posse Episcopum concedere vt bigamus inferniat in Ordinibus minoribus antea susceptis, retineatque beneficium simplex, quod ante possidebat, vt per Abb. hic n. 5. Angel. verbo, bigamus, n. 8. Nau. in man. c. 27. n. 187. Philarch. de officio Sacerd. tom. 1. lib. 4. c. 7. in fin. Valent. p. 4. disp. 7. q. 16. punct. 3. in 1. specie irregul. Vivald. in candelabro p. 2. vbi de irregul. bigamie, n. 34. Fr. Emm. in sum. tom. 1. c. 158. concl. 5. num. 6.

8 Circa vero bigamiam similitudinariam conceditur Episcopo dispensandi facultas si clericus cum vnica & virgine contraxerit, vt colligitur ex text. in c. Sacerd. de clerico coniug. & c. 1. qui clerici vel vouentes, secus vero si cum vidua, vel corrupta, aut duplex, inuit matrimonium, in quem sensum accipiendi sunt text. in c. nuptier, & in c. fin. hoc tit. vt per gloss. hic verbo, dispensare, Cou. d. p. 1. §. 2. n. 2. vers. secundo, Gomez in tr. Breuium, n. 20. & 21. Nau. d. c. 27. n. 197. in fin. Selu. de benef. p. 4. q. 7. n. 8. vers. 13. & 14. Borgal. d. tit. de bigamis, n. 9. Philarch. d. c. 7. in fin. Valent. d. punct. 3. in specie irregularitatis, in fin. Ant. Cuch. instit. maiorum, lib. 4. tit. 12. n. 188. Sanch. d. lib. 7. disp. 86. num. 20. Lud. Miranda d. q. 8. art. 2. concl. 3. Aloys. Ricc. in praxi aurea, resol. 210.

In gloss. In bigamis, ibi, Item qui vnica de facto. &c. Notatur ad hoc quod bigamus est ille qui inualide contrahens de facto matrimonium celebravit, & consummavit, vt per Sot. in 4. dist. 27. q. 5. art. 1. concl. 2. Cou. in Clem. si furiosus p. 3. §. 2. n. 2. Soar. de censur. disp. 48. sect. 2. n. 6. cum segg.

S V M M A R I V M.

- 1 *Bigamus vxore viuente vel mortua non potest ordinari.*
- 2 *Bigamus interpretatiue efficitur ille, qui viduam à priori viro cognitam duxit.*

CAP. De bigamis. III.

Cælest. III.

Maritus bigamus non potest ordinari, & ordinatus non potest celebrare, si sit viua, siue mortua vxor. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Innoc. Host. Butr. Collect. Anan. Anch. Panorm. Cened. collect. 1. 38. Viu. in ration. primi libri iuris Pontif. pag. 4. 17. Alagona in compend. iuris Canon pag. 120. remissiuè Ximen. in concord. p. 1. refertur ab Ant. Aug. collect. 2. Decret. lib. 1. tit. 1. c. 2.

- 2 *Viduorum maritis.] Nota bigamum interpretatiue effici illum, qui viduam à priori viro cognitam duxit, & si quæ viduam, 84. dist. Greg. 1. 4. verbo, qua sed, tit. 1. p. 3. Nau. sub hoc tit. conf. 1. n. 2. Flamin. de resign. lib. 3. q. 3. n. 191. Sanch. de matr. lib. 7. disp. 84. n. 7. Nic. Garc. de benef. p. 7. c. 6. n. 15. Campan. in diuersorio iuris Canon. rub. 11. c. 6. n. 5. Bonac. de censur. disp. 7. q. 2. punct. 5. n. 5. vers. interpretatiue. Valer. Regin. in praxi fori pen. lib. 3. c. n. 85. in fin. Bellet. di. quisi. cleric. part. 1. tit. disciplina clericali, §. 6. num. 26.*

S V M M A R I V M.

- 1 *Bigamia pœnam incurrit, qui mortua vxore promotus ad Sacros cum secunda de facto contraxit, & cognouit.*
- 2 *Infamis efficitur, qui duas simul habet vxores.*
- 3 *Vxores duas simul ducens videtur male sentire de Sacramento matrimonij.*
- 4 *Veritas est preferenda opinioni.*
- 5 *Bigamiam similitudinariam quando quis incurrat, ostenditur.*

CAP. Nuper. IV.

Innoc. III.

Bigamiz pœnam incurrit, qui mortua vxore promotus ad Sacros cum secunda de facto contraxit, & cognouit, & sic non potest vterius ordinari, vel Ordinem suscepum exercere. Sicut v. g. si quis in Sacris constitutus cum diuersis contraheret, licet matrimonium cum nulla teneret, reputaretur tamen bigamus, licet re vera bigamus non esset, non propter Sacramenti defectum, sed propter affectum intentionis cum opere subsequuto. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Zabar. Collect. Host. Io. Andr. Innoc. Henric. Anan. Anch. Panorm. Viu. in ration. primi libri iuris Pontif. pag. 337. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 120. remissiuè Ximen. in concord. p. 1. refertur ab Anton. Aug. collect. 3. Decret. lib. 1. tit. 14. c. 1.

- 2 *Comitatur infamia, qui duas simul habet vxores.] Vide Paleoth. de nothiis & spuris, c. 6. n. 1. Bellet. di. quisi. cler. p. 1. tit. de disciplin. cler. §. 6. n. 5. Salzed. ad Bernard. c. 84. in addit. lib. B. in fin. videtur enim male sentire de Sacramento matrimonij, & ideo contra eum tanquam con-*

tra suspectum de hæresi procedunt Inquisitores contra hæreticam prauitatem, Perez ad leges Ordinamenti, tit. 1. lib. 5. pag. 44. in fin. Salzed. ubi supra, Menoch. de arbit. casu 420. n. 114. & lib. 5. de pras. pras. 6. n. 37. Nau. sub tit. de heret. conf. 1. n. 8. Azened. l. 5. n. 3. tit. 1. lib. 5. nona recop. Gutier. pract. q. lib. 2. q. 8. n. 1. Farin. in praxi crim. p. 5. q. 140. n. 24. Emman. de Valle de incarn. & enfalms, sect. 3. c. 1. n. 14. n. 14. in princ. & c. 3. n. 5.

Quod opinioni sit veritas preferenda.] Vide Menoch. 4. de pras. lib. 1. pras. 3. n. 4. Mendez à Castro in praxi Lusit. lib. 2. c. 2. n. 19. Brun. à Sole in locis com. verbo, veritas, n. 5. Picard. ad §. si quis rem, n. 3. Inst. de legatis.

Tanquam cum bigamis.] Nota quod ille tantum similitudinariam incurrit bigamiam, qui sacro Ordine insignitus, aut voto solemnè adstrictus de facto aliquam sibi matrimonialiter coniunxit, Nau. in man. c. 27. n. 195. vers. similitudinaria, & conf. 1. n. 7. vers. ex quibus, sub hoc tit. Flam. de resign. lib. 5. q. 3. n. 190. Campan. in diuersorio iuris Canon. rub. 11. c. 6. n. 12. ubi eleganter rationem reddit, quod scilicet in hoc casu duo sunt matrimonia, alterum celebratum cum Christo per Ordinis sacri susceptionem, & voti solemnè emissionem; alterum verò carnale quod postea contraxit, quamvis enim hoc secundum invalidum sit per impedimentum procedens à sacro Ordine, aut voto solemnè, quia tamen adest affectus intentionis cum opere subsequuto, indicatur bigamiam similitudinariam, propter similitudinem ad verè bigamum, nisi enim obstatet Ordo, vel votum explicitum, subsisteret profectò matrimonium; quæ ratio matrimonij spiritualis, quia non consideratur in laico, neque in clerico constituto in minoribus, inde fit vt in illis non sufficiat ad incurrendam bigamiam semel contraxisse illud, sed bis valide, vel inualide cum virgine, aut semel cū corrupta & valide.

S V M M A R I V M.

- 1 *Bigamus non censetur qui contraxit cum virgine, licet prius ab alio fuerit dispensata.*
- 2 *Bigamus non fit, qui mulierem ab alio viro ductam, sed minime cognitam, duxit vxorem.*
- 3 *Vir & vxor sunt una caro.*
- 4 *Castitas maior quare exigatur in vxore, quam in viro, ostenditur.*
- 5 *Ordinari potest qui duxit vxorem à se primo corruptam.*

CAP. Debitum. V.

Bigamus non est qui duxit in vxorem sponfam alterius non carnaliter ab illo cognitam, quia illa se pluribus non commisit, nec carnem suam diuisit, & sic non adest defectus Sacramenti, cum v. r. vnica tantum sit commixtio coniugum Christi cum Ecclesia per Incarnationis mysterium contractum significans. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Zabar. Collect. Bellam. Io. Andr. Anan. Butr. Anc. Host. Panorm. Innoc. Viu. in ration. primi libri iuris Pontif. pag. 318. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 120. remissiuè Ximen. in concord. p. 1. & 2. refertur ab Ant. Aug. collect. 3. Decret. lib. 1. tit. 14. c. 2.

Sed minime cognitam, &c.] Notatur ad hoc quod bigamus non fit, ac per consequens Sacerdos si riri non prohibetur ille, qui mulierem ab alio viro ductam, sed minime cognitam duxit vxorem, vt per Sayr. de censur. lib. 6. cap. 4. numero 9. 13. & 16. Sanch. de matrim. lib. 2. disp. 13. numero 1. & lib. 7. disp. 83. n. 4. Campan. in diuersorio iuris Canonici, rub. 11. c. 6. n. 13. Valer. Reginald. in praxi fori pen. lib. 30. num. 85.

De Bigamis non ordinandis. Tit. XXI. 201

in fine, Bellet. *disq. cler. p. 1. de discipl. cler. §. 6. n. 2*. Bigamia enim non contrahitur ex solo matrimonio cum vidua, sed requiritur copula & consummatio, Cou. in *Clem. si furiosus* p. 1. §. 2. n. 2. Maiol. *de irreg. lib. 1. b. 33*. Fr. Barth. de Vecchis in *praxi observanda in admittendis ad religionis statum novit. disp. 5. dub. 3. n. 3*. Rota apud Farin. *decis. 519. n. 5. part. 2. recent.* ubi etiam quomodo probeatur copula.

3 Commisit corpus.] Notatur ad hoc quoddam vir, & vxor sunt vna caro, vt per Laram in *l. si quis a liberis*, §. si quis ex his. n. 28. ff. de liberis agnosc. Hicron. Fernand. de Ottero. *Romanarum lucubr. disp. 27. n. 6*.

4 In gloss. Cognitam. ibi, sed quare exigitur maior castitas in vxore quam in viro? Pulchrè interrogat glossa, & propositæ dubitationi responsonem tradit plures afferendo rationes: illa tamen à Doctores receptioni adducitur, quod scilicet consensus matrimonium incutis non cadit supra seipsum, sed fertur in alterum coniugem, atque ita ipsamet contrahens est quasi terminus à quo: is autem cum quo contrahit est quasi terminus ad quem fertur alterius coniugis consensus; sed nullus actus sortitur speciem à termino à quo, sed à termino ad quem; vitium ergo corruptionis ipsius viri, qui est terminus à quo respectu sui matrimonij non debet ipsi nocere vt bigamus efficiatur, sed vitium corruptionis in termino ad quem. Vide Maiol. *de irregul. lib. 1. c. 3. n. 3. vers. altera, in fine*; Cou. in *Clem. si furiosus, de homic. part. 1. §. 2. num. 3*. Vgol. *de irregul. c. 56. §. 3*. Tiraq. in *l. 1. commub. n. 3*. Cened. *ad Decretal. collect. 166. n. 4. vers. item*, Sayr. *d. c. 4. n. 13*. Soar. *tom. 5. disp. 49. sect. 3. n. 9. vers. hac igitur*, Valer. Reginald. in *praxi fori penit. lib. 30. n. 86*. Sanch. *de matrim. lib. 7. disp. 84. n. 9*. Gutier. *eod. tract. c. 107. num. 11. vers. ratio*, Bonacina *de censuris, disp. 7. q. 2. puncto 5. num. 7. vers. rogabis*, Campan. *d. c. 6. num. 11*. vbi cum Card. Bellarmin. in *controvers. Cathol. tract. 2. lib. 2. de clericis, c. 14. vers. at hac*; prædictam rationem non posse subsistere contendit, subiungens ideo prohibitum esse Ordines suscipere, qui duxit fornicariam, non quia bigamia oritur ex illo matrimonio, sed quia sic placuit Ecclesiæ ob dignitatem Sacerdotij.

5 In gloss. Diuisti. fin. ibi, & ita is, qui duxit uxorem à se primo corruptam potest promoueri, Vide Cou. *d. §. 2. n. 1. in fine*, Nau. in *man. c. 27. n. 195*, Henriq. *d. c. 6. §. 10*. Fr. Emman. in *sum. tom. 1. c. 158. n. 3. concl. 1. in fine*, Vivald. in *candelabro aureo, part. 2. vbi de irregul. bigamia, n. 4*. Sayr. *d. lib. 6. c. 4*. Sanch. *d. lib. 7. disp. 84. n. 14*. Campan. *d. c. 6. n. 6*. Bellet. *disquisit. cleric. part. 1. tit. de discipl. cleric. §. 6. n. 18*. quos refero ego ipse de officio & pot. Episc. part. 2. alleg. 49. n. 7.

S V M M A R I V M.

- 1 Bigamus non est qui plures habuit concubinas.
- 2 Bigamia irregularitatem non incurrit, qui cum pluribus fornicatus est.
- 3 Declaratur text. in presenti.
- 4 Votum solemnè implicitum castitatis adest in sacri Ordinis susceptione.
- 5 Clericus in sacris fornicans committit incestum, mulier verò ex sua parte simplicem tantum committit fornicationem.

C A P. Quia circa, VI.

1 Sacerdos habens plures concubinas non est bigamus, sed in simplici fornicatione, & potest Episcopus cum eo dispensare ad executionem Sacerdotij.

talis officij. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Innoc. Host. Butr. Collect. Henric. Anania. Anch. Panorm. Cened. collect. 112. Vin. in *ration. primi libri iuris Pontif. pag. 328*. Alagona in *compend. iuris Canon. pag. 121*. remissive Ximen. in *concord. p. 1. referatur* ab Anton. August. collect. 1. Decret. lib. 1. tit. 10. cap. vnic.

Probat hic text. illum, qui cum pluribus fornicatus est, bigamiae non incurere irregularitatem, vt per Cou. in *Clem. si furiosus, de homicid. p. 1. §. 2. n. 2*. Cened. *ad Decretal. collect. 112. num. 1*. Fr. Emman. in *summa tom. 1. c. 158. concl. 1*. Valer. Reginald. in *praxi fori penit. lib. 30. n. 85*. Bellet. *disquisit. cleric. p. 1. tit. de disciplin. cleric. §. 6. num. 3*. Campan. in *diuersorio iuris Canonici, rubr. 1. c. 6. n. 10*. ad incurrendam enim bigamiam duo coniunctim perneccessaria sunt, nempe copula, & matrimonium de iure, aut de facto initum, Nauar. in *man. c. 27. n. 146*. quam ob causam Armill. in *summ. verbo, bigamus, n. 2*. affirmat nullum fieri bigamum nisi contrahendo, & cognoscendo.

Tanquam simplici fornicatione notatis.] Host. hic, & Abb. num. 5. adiungunt Pontificem in presenti potius debuisse dicere triplici fornicatione notatis; Bellam: verò dicit ideo de simplici fornicatione egisse ad differentiam bigamiae, & irregularitatis ex ea contractæ; de qua principaliter dubitabatur, an scilicet eam incurreret Presbyter plures habens concubinas, & merito negat Pontifex, quia tanquam vxores ductæ non sunt, vt requirit text. in *c. nuper, sup. hoc tit.* Melius tamen Azor. in *stit. mor. p. 3. lib. 3. c. 17. q. 7. vers. in hac*, quod ideo hæc dicitur fornicatio simplex, non quia non sit etiam sacrilegium, sed vt distinguatur ab aliis luxuriæ peccatis specialiori qualitate & substantia affectis, in quæ incidit aliquando Presbyter, v. g. ab adulterio, stupro, vel incestu.

Cum in sacri Ordinis susceptione adit votum solemne implicitum castitatis, vt per Fr. Emman. *quest. Regular. tom. 3. quest. 1. art. 1. princ.* Nau. in *man. cap. 22. num. 17*. & 52. & cap. 25. num. 108. Azor. *d. cap. 17*. ideo ratione illius clericus fornicans committit incestum, plures per Cened. *d. collect. 112. num. 2*. quibus adde Vincent. de Franch. *decis. 27. num. 2*. Soar. *Lusitan. tom. 1. communium opin. lib. 1. tit. de Clericis coniug. n. 20. pag. 175*. Azor. *d. cap. 17. quest. 7*. Cald. Pereira de nominat. *emphyte. quest. 19. num. 5*. cum segg. Fr. Emman. *quest. Regul. tom. 2. quest. 29. art. 2*. Sanch. *de Matrim. lib. 7. disp. 27. num. 9*. quamvis mulier ex sua parte simplicem tantum committat fornicationem, Menoch. *de arbit. in addit. ad casum 289. num. 6. vers. tertia opinio*, Surd. *de alimentis, tit. 5. q. 7. n. 44*. Stephan. Gratian. *discept. forens. cap. 35. num. 34*.

S V M M A R I V M.

- 1 Subdiaconus, qui cum vidua contraxit, & eam cognouit bigamie penam incurrit, licet bigamus non sit.
- 2 Irregularis efficitur clericus in Sacris constitutus, quæ viduam cognitam à priori marito in uxorem duxit, & cum ea consummat.
- 3 Clericus in Sacris ducens uxorem unicam, & virginem, an fiat bigamus, & irregularitatem incurrat, ostenditur.

C A P. Nullus. VII. & fin.

1 Svdiaconus si contrahit cum vidua, licet verè bigamus non sit, quia matrimonium est nullum, tamen reputatur bigamus propter affectum intentionis.

tionis cum opere subsequito. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabab. Collect. Anchar. Bellam. Ioan. Andr. Host. Innoc. Panorm. Anania, Butr. Viulan. in *rationali primi libri iuris Pontificij*, pag. 121. Alagona in *compend. iuris Canonici*, pag. 121. remissive Ximen. in *concord.* p. 1. & 2.

Probat hic text. clericum in Sacris constitutum viduam, cognitam scilicet a priori viro uxorem ducentem; & cum illa consummantem, effici irregularem; ut per Nau. in *man. c. 27. n. 195. post med. & conf. 1. sub hoc tit. n. 3.* Sanch. de *Matrim. lib. 7. disp. 85. n. 1.* Campan. in *diuersorio iuris Canonici*, rubr. 11. c. 6. num. 12. Rota apud Farin. *decis. 357. n. 2. p. 2. recent.* Dubium autem est quando huiusmodi clericus duxit vnicam virginem? in quo quidam negant illam fieri bigamum, aut irregularem, quos refert, & sequitur Henric. lib. 11. cap. 6. § 10. lit. H. & lib. 14. c. 4. statim in princ. ex eo, quia textus hanc irregularitatem inducentes loquuntur de constituto in Sacris; qui duplex matrimonium inuit, licet alterum ante Ordinem sacrum, & alterum postea, ut in *cap. super, supra hoc tit.* vel quando post Ordinem ducit vnicam, viduam tamen, ut in presenti. Aut verius est irregularem effici quilibet Ordine insignitus aliquam etiam vnicam & virginem sibi matrimonialiter coniunxerit, quia etiam hoc casu datur quaedam similitudo bigamia: propter affectum ad duplex matrimonium cum opere subsequito, quae est ratio, quam praestat text. in presenti, tenet Cou. in *Clem. si furiosus, de homicid. p. 1. § 2. vers. 3.* Nau. in *man. cap. 27. num. 195. vers. similitudinaria*, & *conf. 1. n. 7. vers. ex quibus, sub hoc tit.* Syluest. verbo, *bigamia*, num. 9. Flamin. de *resignat. lib. 5. quest. 3. num. 190.* Campan. d. c. 6. num. 12. plures quos refert, & sequitur Sanchez *dist. disp. 85. num. 5.*



De Clericis peregrinis.

TIT. XXII.



PER hanc rubr. scripserunt Zabab. Bellam. Ioan. Andr. Anania, Panorm. Anchar. Butr. Ioan. de Londris in *breuiario sanctorum Canonum*, fol. 164. verso, Petride Rauenna in *compendio iuris Can.* Martin. Mefnartius in *epitome Decret.* fol. 25. verso, Guillelmi Durand. in *speculo iuris*, lib. 4. sub hoc tit. & in *breuiario aureo iuris Canonici*, fol. 29. Daniel. Venator, in *analyti methodica iuris Pontific.* pag. 84. Goffred. & Host. in *summa huius tit.* Alex. Cassan. & Anastas. Germon. in *paratilis ad quinque libros Decret.* Petr. Alphonsi de Valconcel. in *harmonia rubr. iuris Canon.* Barthol. Carthag. in *exposit. titulorum eiusdem iuris*, nonissimè Ioan. Honor. lib. 1. summ. in *Decretal.* omnes sub hoc tit.

SUMMARIUM.

- 1 Clerici peregrini Ultramarini & valde remoti ordinationem suam probare debent per quinque Episcoporum sigilla.
- 2 Clericus faciens fidem iustam de sua ordinatione potest admitti ad celebrandum, & ad Sacramenta administranda.
- 3 Ordines minores non presumuntur ex maioribus.

CAP. Tua nos. I. Alex. III.

Clerici peregrini Ultramarini & Ordinati in remotis regionibus, qui habent literas ordinationum, sed incertum est an Vigilla sint Episcoporum, debent suam ordinationem probare per quinque Episcoporum sigilla. Interim tamen suspendantur, & inquiratur an pratermiserint aliquem Ordinem, quibus peractis si sunt digni, petit circa eos dispensari. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabab. Collect. Host. Anch. Bellam. Henric. Ioan. Andr. Innoc. Panorm. Anan. Butr. Viulan. in *rationali primi libri iuris Pontificij*, pag. 340. Alagona in *compend. iur. Canon.* pag. 122. remissive Ximen. in *concord.* p. 1. & 2. refertur ab Ant. Aug. *collect. 1. Decret. lib. 1. tit. 14. cap. vni.* & est post Concil. Lateran. sub Alex. III. p. 26. c. 20.

Probat hic text. peregrinum clericum facientem fidem iustam de sua ordinatione posse admitti ad celebrandum, ut per Nau. *conf. 1. n. 1. in fin. sub tit. de celebrat. Missarum, in antiq. aliis consuec. n. 1. in fin. sub hoc tit. in nouis, Aloys. Ricc. in decisio. lib. Curia Archiepisc. Neap. p. 1. decis. 150.* Et ad Sacramenta administranda dummodo ille verè idoneus sit, ut decidit Sacra Congreg. Concil. Trid. teste Armendar. in *addit. ad recopil. legum Navarrae*, l. 1. tit. 18. l. 7. de *Episcopis*, n. 83, quem refero ego ipse de *offic. & potest. Episc. p. 1. alleg. 21. n. 7.*

Quia posset contingere, &c.] Notatur ad hoc quod ex maioribus Ordinibus non presumuntur minores, quia potuit quis per saltum promoueri, ut per Rebuff. in *praxi benefic. tit. de formalit. conf. n. 28.* Crauet. *conf. 134. n. 45. volum. 1. & conf. 484. n. 8. & 23. vol. 3.* Menoch. de *presumpt. lib. 6. pres. 66. num. 3.* quos refert, & sequitur Bellet. *disquis. cleric. p. 1. tit. de fauore cler. personali*, § 14. num. 2. 11.

SUMMARIUM.

- 1 Clericus peregrinus qui iurat se ordinatum, nisi aliter probet in illo Ordine non suscipitur, nec ad superiores promouebitur.
- 2 Clericus probari potest per indicia, & argumenta, & per famam, communem opinionem, & reputationem.
- 3 Clericus deperdit scripturas probatur per testes.

CAP. Inter quatuor. II. Innoc. III.

Clerico peregrino non habenti dimissorias, sed iuranti se ordinatum non creditur, & sic non admittitur ad Ordinem quem dicit habere, nec ad alios suscipientes. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabab. Collect. Anch. Bellam. Ioan. Andr. Anan. Innoc. Butr. Panorm. Host. Viulan. in *rationali primi libri iuris Pontificij*, pag. 340. Alagona in *compend. iur. Canon.* pag. 122. remissive Ximen. in *concord.* p. 1. refertur ab Ant. Aug. *collect. 3. Decret. lib. 1. tit. 16. c. 21.*

Per idonea ibi consisterit argumenta.] Notatur ad hoc quod clericatus probari potest per indicia, & argumenta, ut per Flamin. de *resign. lib. 10. quest. 3. num. 31.* Mascard. de *probation. concl. 305. num. 5.* Pacian. *eod. tract. lib. 2. cap. 34. num. 70.* Nicol. Garc. de *benefic. part. 7. cap. 1. num. 140. in fine.* Et per famam, communem opinionem, & reputationem. Flamin. d. *tract. lib. 4. quest. 2. num. 70. & d. quest. 3. num. 74.* Nicol. Garc. de *benefic. part. 7. cap. 1. num. 140.* Modern. de *iurisd. dist. part. 2. cap. 31. num. 6. & 7.* Rota *decis. 350. lib. 3. part. 3. diuers.*